

simus. Nec possem nūc magis cōmen-  
 dare vel accuratius, quā cōmenda-  
 ui Opentæ. Potuisti enim intelligere,  
 quum vna essemus, quantoperè eum  
 diligam, seu, vt aptius dicam, amem.  
 Scito autem ab eo illo tēpore plurimū  
 accessisse amori in illum meo, cui ni-  
 hil videbatur posse addi. Quocirca,  
 mi Barchere, hoc vno verbo apud te  
 vtar, putā, me esse Nicolaum hunc.  
 Hæc vna commendatio sufficiet  
 animo isti, & volūtati tuæ erga me.  
 Non onerabo pluribus epistolā, quan-  
 doquidem is erit tibi vice lōgissimæ.  
 Vale.

Vives D. Hierony. Salineo S.

**V**irtutes tuæ ingentes, quæ ab o-  
 mnibus incredibili cōsensu lau-  
 dantur & prædicantur, impulerunt  
 me ad expetendam amicitiam tuam.  
 Eædem virtutes animū addiderunt,  
 vt ad te hæc epistolam scriberem, qua  
 F iij vel